



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Cælibatus cum voto perpetuæ castitatis.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-54773)

(viri probi) benedicens benedicam, pauperes ejus saturabo panibus. Ps. 131. Nonne lacrymae vi-
dua ad maxillam descendunt, & exclamatio ejus super deducentem eas? à maxilla enim ascendunt usque ad calum, & Dominus exauditor. Eccl. 35.
Causam viduae non judicaverunt, causam pupilli non direxerunt, & judicium pauperum non judi-
caverunt. Nunquid super his non visitabo? di-
cit Dominus Jer. 5. Hac vidua usque ad annos
84. que non discedebat de templo, ieiuniis & ob-
secrationibus serviens nocte ac die. Luc. 2. Vi-
duas honorat, qua verè viduae sunt. Si qua autem
vidua filios aut nepotes habet, discat primum do-
num suam regere, & mutuam vicem reddere pa-
rentibus, hoc enim acceptum est coram Deo, que
autem verè vidua est & desolata, speret in Deum,
& infest orationibus, namque in deliciis est, vi-
dens mortua est. Timoth. 5. Non decet Chri-
stianam matronam multò minus viduam inter-
esse spectaculis saltibus aliisque vanitatibus. Vi-
duæ tanquam speculum suum intueantur Judi-
tham Jud. 8. & Annam Viduam Luc. 2. Quod
si dormierit vir ejus, liberata est, cui vult, nubat
tantum in Domino, beatior autem erit, si sic per-
manserit. 1. Cor. 7.

Oelibatus cum voto perpetuae castitatis.

Oelibatus imprimis status non est, si per-
petuae castitatis voto te non adstringas, &
si pure ex amore libertatis in eo maneas. Peri-
culum est, ut improviso laqueo cum omni astu-

150 *Pars secunda de elevatione.*
tia tua irretiaris, & si ad statum strictè talem re-
quiritur, ut ex eo ad alium, nisi per dispensati-
onem supremi Christi in terris Vicari transme-
are non possis. Cœlibatus quidem cum voto
perpetuæ castitatis annexo hoc sensu status non
est. Est tamen professio à primis Christianæ le-
gis temporibus inchoata; & exin usque ad nos
laudabiliter continuata, qui ex harâ Epicuri
suburbiis Gomorrhæ, ipsoque fœrente Penta-
poleos lacu suam doctrinam hauriunt, virginita-
tem abominantur, non autem, qui sanæ ratio-
nis sequuntur ductum, cum eâ præeunte etiam
virginitas in gentilismo fuerit in honore. Jam
si ad verbum Dei, quod nec fallere nec falli po-
test, reflectis; invenies simile esse regnum calo-
rum [hoc est Ecclesiam Christi in terris militan-
tem] decem virginibus. Matth. 15. Aliquæ
ex his sunt fatua, quæ terrenis paulatim ines-
cantur; Aliæ prudentes, & hi sunt, qui cum
mulieribus [sive, cùm de utroque sexu intelligi
debeat, à carnali concupiscentia] non sunt co-
inquinati, virgines enim sunt, hi sequuntur ag-
num, quocunque ierit. Apoc. 14. Præclari re-
formatores verbi divini suère nostrorum tem-
porum Hæretici, qui virgines Deo sacras tribus
etiam substantialibus religionis votis Deo alli-
gatas ad filiquas porcorum, & carnales homini
cum bestiis communes voluptates amandarunt.
Virginitas teste Ambrosio l. 1. de Virg. è calo ac-
cessivit, quod imitaretur in terris, nec immergi
tò vivendi sibi usum quassivit in calo, qua spousum,
sibi invenit in calo, hec unbes aera, syderaque

trans-

transgrediens verbum Dei in ipso sanguine patris inventum, & toto hausit pectore, non meum est illud, quoniam quae non nubent, neque nubentur, erunt sicut Angeli Dei in celo. Nemo ergo miretur, si Angelis comparentur, quae Angelorum Dominus copulantur. Quis igitur neget hanc vitam fluxisse de celo, quam non facile invenimus in terris, nisi postquam Deus in hac terreni corporis membra descendit. Si tibi Hæretice aut homo voluptuarie non sufficit SS. PP. autoritas, & constans ab initio æra Christianæ praxis, & ad solium scriptum verbum Dei denuò provocas. Quid dices ad caput 1. ad Cor. 7. ubi Apostolus ex professore de hac materia agit: De virginibus præceptum non habeo, consilium autem do. Volo vos omnes esse, sicut me ipsum, sed uniusquisque proprium donum habet a Deo pro diversitate vocationis. Dico autem non nuptis & viduis: bonum est illis si sic permaneant, sicut & ego, qui sine uxore est, sollicitus est; quae Domini sunt, quomodo placeat Deo, qui autem cum uxore est, sollicitus est, quae sunt mundi; quomodo placeat uxori, & divisus est. Et mulier innupta & virgo cogitat, quae Domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu, quae autem nupta est, cogitat, quae sunt mundi, & quomodo placeat viro. Qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit, & qui non jungit, melius facit. Si melius facit, ergo in cœlibatu debet posse servari puritas animi & corporis, quam velut chymaram intuentur Sectarii.